1-5127

Para el Señor D. Pedro Venero

Para el Señor D. Pedro Vereo

Copia de una Bulla de el Señor Innocencio IV expedida en Leon de Francia a 11. de Junio de 1250 por la qual Su Sanctidad aprueva, y confirma la providencia, y ordenamiento hecho de Su orden por el Cardenal Egidio de Sn Cosme, y S. Damian en 27. de Mayo de el mismo año, para la distribucion de todos los diezmos, Primicias, y Emolumentos de Entierros entre Obispo, y Cavildo, Beneficiados, Fabrica de la Cathedral, y Parrochias de Cordoba, y Su obispado

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo, et dilectis filiis Decano, et Capitulo, ac Clericis in Concilio Cordubensi, Salutem, et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est, et honestum tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per Sollicitudinem officij nostri ad debitum perducat effectum: Significastis Siquidem nobis, quod olim inter vos, fratrem Episcopum, ac Decanum, et Capitulum ex parte una, et vos filios Clericos, et Concilium ex altera, Super diversis articulis questione Suborta, nos tandem dilecto filio nostro Egidio Sanctorum Cosmę, et Damiani Diacono Cardinali eam de consensu partium commissimus terminandam, qui, auditis hinc, inde propositis, et circunstantijs, ac Statu Cordubensis Ecclesię diligenter pensatis, provissione, Sive ordenatione questionem ipsam terminare curavit, prout in eius literis, inde confectis, plenius continetur. Nos igitur vestris Supplicationibus inclinati, provissionem, Sive ordinationem ipsam gratam, et ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus in presentis Scripti patrocinio, quo tenorem literarum ipsarum de verbo ad verbum presente Sincere facimus, qui talis est. In nomine Domini nostri Salvatoris: Amen. Cum olim inter Ecclesiam Cathedralem ex una parte, et Clericos, ac Concilium Civitatis Cordubensis ex altera, Super diversis articulis inferius adnotatis orta fuisset materia questionis: Nos Egidius Sanctorum Cosmę, et Damiani Diaconus Cardinalis, cui Dominus Papa, de consensu partium, controversiam eamdem Concordio, vel iudicio terminandam commissit, auditis hinc, inde propossitis, et circunstantijs, ac Statu Cordubensis Ecclesię, plantationis novelę diligenter pensatis, ad tollendam in posterum omnem materiam discordię, Scandala, vel Scissuras, ad Subveniendum etiam in hac novitate defectibus, et necessitatibus, tam Episcopi, quam Capituli Cordubensis, nec non utilitatibus Cleri, ac Concilij. Civitatis eiusdem propter bonum pacis Super Singulis articulis ita duximus providendum.

1. Canonici ac alij Clerici Civitatis, et Diœcesis Corduben[sis] eisdem privilegijs, et immunitatibus gaudeant, quibus prediti sunt insignes Milites Cordubenses, salvis alijs immunitatibus, et libertatibus a Canonibus, seu Regibus, vel Principibus, sibi concessis, aut in posterum concedendis.

2. Ad Cathedralem Ecclesiam Clerici Civitatis, annis singulis, induti superpelliceis cum Crucibus reverenter accedant ad Processiones solemnes, inferius adnotatas: In Litanijs: Beati Marci: In Vocationibus in tribus Solemnitatibus Beatæ Virginis, Assumptionis, Nativitatis, et Purificationis: In Festis apostolorum Petri, et Pauli: Acisceli, et Victoris, quas ibidem memorias solemniter celebrant, et in die Palmarum.

3. Sancimus etiam, ut pœna sacrilegij a quocunque Clerico, seu Laico in Ecclesia, Cemeterio, seu per domos Ecclesiasticis perpetrati, Episcopi, vel Vicarij, quem Episcopus dimisserit loco sui, aut vacante Ecclesia, Capituli Ecclesiæ Cathedralis, arbitrio reservetur: qui consideratis prudenter circumstantijs personarum, et qualitatem delicti, moderent pœnam, prout secundum Deum, et Canonicas sanctiones viderit infringendam, et propter pœnam sacrilegij, passo iniuriam legitime satisfaciat, observato circa personas eorundem, qui pro tuitione sua ad Ecclesias confugerint, quod est in Canonibus diffinitum.

4. Super Solutioni Cathedratici a Clericis Beneficiatis in Ecclesijs, tam Civitatis, quam Diœcesis persolvendi, hæc forma servetur, quod Presbyter decem solidos, Diaconus quinque solidos usualis Monetæ Cathedratici nomine annuatim persolvat.

5. In recipiendis Procurationibus a Clericis Beneficiatis in Civitate, seu Diœcesi Episcopus tali utatur moderatione, quod contra Lateranensis Statuta Concilij non graventur, Archidiaconus vero in recipienda procuratione ab unaquaque Ecclesia Civitatis duorum Marapetinorum usualis monetæ Valentinæ non excedat.

6. De portionibus, quæ vulgariter Prestimoniales vocantur, id volumus observari, ut de quotidianis obvlationibus Prestimoniarius nihil percipiat, nisi eam Ecclesiæ personaliter duxerit serviendum.

7. Inhibimus, ne Clerici Civitatis, vel Diœcesis Confratrias, aut Cellas faciant, nec absque licentia Episcopi speciali

Capitulum se nominent, nec sigilum habere presumant.

8. In solvendu a Populo fideliter decimis forma ista servetur, videlicet ut sine deductione seminis, vel expensis de omni blando vino, oleo, ac alijs terræ nascentibus: nec non de omnibus animalium nutrimentis, lana, caseo. Acenis, Molendinis, Canalibus, Piscarijs, Avibus, et eorum fructibus, ac de omnibus alijs, quæ iure Canonico continentur, decima ex integro persolvatur.

9. De possessionibus arrendatis arrendans de parte fructuum, seu pensionis, quam percepit ex ijs, quæ fit arrendatio, de parte, quæ ipsum contigerit decima sine diminutione persolvat.

10 De possessionibus, quas Iudei, vel Sarraceni excolent, vel alijs dederint excolendas ex integro persolvant decimas Ecclesijs, quibus de iure debentur, sicut etiam Christiani, si eas excolerent, persolvere tenerentur.

11. Super decimis dividendis, statuimus, irrefragabiliter observandum, quod omnes decimæ tam minutæ, quam maiores, ac primitiæ in tres partes equaliter dividantur, quarum una Episcopo (salvo iure divisionis inter Episcopum, et Capitulum faciendæ) alia Clericis Ecclesiarum Civitatis, et Diœcesis. tertia Fabricis applicetur, a quibus Cathedralis Ecclesia excludatur, secundum dispositionem Episcopi per ministros idoneos de ipsa Parochia fideliter dispensanda.

12 De decimis possessionum, quas Cives Pacenses in Castris, seu Aldeis excolent, vel alijs dederint excolendas quatuor partes deferantur ad Ecclesias Civitatis, quarum Parochiani fuerint, ac tres remaneant ipsis Ecclesijs Parochialibus, in quarum territorio prædia excoluntur.

13 Quid quid nomine decimæ de animalibus, quæ ad districtum, seu Diœcesim Pacensem pro Pascuis ab alijs diœcesibus adducuntur, aut veniunt in tres partes, sicut et aliæ decimæ dividantur, quarum una detur Episcopo, et Ecclesiæ Cathedrali, alia Clericis Ecclesiarum in quarum territorijs ipsa animalia depascantur, tertia Fabricis earundem.

14. De possessionibus, quæ vulgo Donativa nominantur decimas ex integro solvi præcipimus Ecclesiæ Cathedrali ab omnibus, qui eas possident, vel de cetero possidebunt, videlicet. Domini Regis Castellæ, et Legionis. Dominæ Reginæ Berengariæ genitricis eius. Domini Alfonsi Infantis de Molina. Archiepiscopi Toletani Ioannis Cancelarij.

Astoricensis, Cochensis, Beatiensis, Cauriensis Episcoporum, ordinum Calatravensis, Velensis, Hospitaliorum, Templariorum de Alcantara, Alemanorum de Montanges, et Tomel. Sancti Spiritus, Hospitalis Burgensis, Sanctae Mariae de Montis. Baronum, Principum, Militum, seu aliorum Clericorum, vel Laicorum. Videlicet Didaci Lupi: Alfonsi Lupi: Albari Petri: Roderici Gundisalvi Guzman: Gundisalvi Gunsalvi Guzman: Roderici, Roderici Guzman: Fernandi Roderici Manzanedo: Magistri Lupi, qui postea factus est Episcopus Caducensis: Pelli Alfonsi: Alfonsi Pelli: Garciae Fernandi: Fernandi Garciae: Roderici Garciae: Didaci Martini: Gometii Gunsalvi de Roda: Egidii Malriquez: Gomecii Malriquez: Roderici Malriquez: Fernandi Malriquez: Albari Fernandi: Didaci Gunsalvi: Filiorum Comitis Alvari: Roderici Lupi de Mendoza: Petri Lupi de Farana: Petri Nuni de Guzman: Petri Guzman: Egidii Petri de Maranon: filiorum fratrum Lupi Martini de Pedrola: Arii Gunsalvi Quixada, et fratrum eius: Albari Colodro: Alfonsi Garciae de Campis: Ordoni Albari: Martini Gunsalvi de Mijancas: Martini Roderici de Argole: Gunsalvi Garciae de Torquemada: Roderici Gomecii de Potestad: Stephani Iuliani: Dominici Saturnini, Ioannis de Fune: Servando: Ioannis de Piliella: Garciae Garciae de Estremera: Fernandi Petri Portugalensis: Ioannis Stephani, Alcaldi Toletani: Domini Ioannis: Petri Roderici de Olea: Sancii Petri de Pedraalta: Iuliani Physici: Magistri Andreae Physici: Alfaquini, Infantis Domini Alfonsi: Garciae Roderici Abechoquechar: Obeti Garciae: Laurentii Suarez: Bartolomei de Meneses: Roderici Petri de Capiola: Petri Mindisan: Et fratrum eius: Martini Ioannis: et Petri Martini, Scriptorum Regis: Petri Dominici, Scriptoris Infantis Domini Alfonsi: Sancii Morelli, Scriptoris Reginae: Dominici Roderici: Alfonsi Garciae Pimenta: Petri Ioanis Spica: Fernandi Roderici Clerici: Fernandi Mathei: Arii Abincorii: Ioannis de Cumpa, et fratris eius. De Legione vero Roderici Gomecii: Roderici Fernandi el Feo: Roderici Florai, et fratris eius: Remigii Florai: Petri Pontii: Fernandi Ioannis Baatesella: Garciae Arii: Arii Muniorii: Garciae Roderici Carrota: Pelagii Petri.

15 Si quis in Monasteriis, seu aliis Ecclesiis privilegium habentibus sepulturae, elegerit sepulturam, Parochialis Ecclesia, a qua defunctus assumitur, tertiam partem percipiat relictorum illi Ecclesiae, ubi elegit sepeliri. Eo salvo, quod de his, qui ad Cathedralem Ecclesiam elegerint sepulturam, nihil de Legatis, seu relictis eidem Cathedrali Ecclesiae detrahatur.

 Mortuaria, que Parochialibus Ecclesijs obvenerint, taliter dividantur: Tertia pars Episcopo et Capitulo applicetur: due vero partes Clericis Ecclesiarum Parochialium relinquantur. Per hanc autem ordinationem, seu provisionem nostram nollumus in alijs cuiquam preiuditium generari. Actis Lugduni Sexto Calendas Iuny. anno Domini millessimo, ducentessimo, quinquagessimo inditione octava, Pontificatus Domini Innocenty, Papę IV anno Septimo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc atentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Lugduni Sexto Idus Iuny Pontificatus nostri anno Septimo. Loco plumbi ✠

Breve de el Señor Innocencio IV de Siete de Mayo de 1252 por el que da comision al Obispo de Jaen, para que excomulgue a los inovedientes, y contraventores a lo mandado por la anterior Bulla ——

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Gienensi Salutem, et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis nostri Episcopi, et dilectorum filiorum Capituli Cordubensis fuit expositum coram nobis, ut cum inter ipsos ex parte una, et dilectos filios Clerum, et Concilium Civitatis Cordubensis ex altera, super iuribus, libertatibus, ac alijs diversis articulis suborta fuisset materia questionis, tandem mediante dilecto filio nostro, et Sanctorum Cosme, et Damiani Diacono Cardinali, cui causam de concensu partium commissimus audito, vel concordia terminandam, amicabilis inter partes compositio interveniet, prout in literis, super hoc confectis plenius dicitur contineri. Cum igitur compositionem ipsam per nostras literas duximus confirmandam, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus prefatum Episcopum, et Capitulum non permittas super his contra compositionis predicte, ac confirmationis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per Censuram Ecclesiasticam appellatione postpossita compescendo. Datis Perusy nonis Martij pontificatus nostri anno nono.

La Bula de Inocencio Quarto confirmatoria del compromiso y composicion echa por el Cardenal Egidio, de Apellido Torres dada el año de 1250, se halla en el Archibo de la Cathedral de Cordova y en el de la Ciudad y en el Conv.to de los Martires de Orden de Predicadores de dha. Ciudad: tambien en el Conv.to de trinitarios

Calzados de Cor.^{ba} hay un traslado autentico dado por el Cavildo el año de 1736. Y en el de 1766. se presentó en el consejo a pedim.^{to} de D.^{n} Joseph. Oporto y Zárate (ô, de d.^{n} Eusebio Toledano) Administradores dela Casa ma.^{or} Dezmera.

V De orden del Papa Inocencio IV p.^{a} la expedicion de esta Bula, se pidieron Informes a Cor.^{ba} alos Padres fr. Pelagio, y fr. Domingo de Belasco del orn. de Predicadores, y fr. Pablo delos Menores.

En un breve tratado dela Aparizion de Nra. S.^{ra} de los Remedios q.^{e} se venera en el Conv.^{to} de Trinitarios Calzados de Cordoba Escrito por el P.^{e} M.^{tro} fr. Fernando de Torquemada, &c, ympreso en Granada por Fran.^{co} S.^{chez} frente del Hospital de Corpus año de 1654. con Aprobaz.^{n} del ordin.^{o} se halla tambien puesta la dha. Bula.

Tambien consta la autenticidad dela dha Bula del Pleyto, q.^{e} se siguió entre la Ciu.^{d} de Cor.^{va} Obpo.^{n} y Cavildo en el a.^{o} de 1585. sre.^{e} los Diezmos y Rediezmos, en el qual presentó el Cav.^{do} p.^{a} Justificar su Dro.^{n} una Executoria dada por el S.^{or} D.^{n} Carlos Quinto, en la qual van ynsertas otras dos, una de su M.^{e} D.^{a} Juana, y otra de D.^{n} Juan Rey de Cast.^{a} y Leon dada en Benavente el año de 1440; en estas se expresan y conceden los Diezmos, y Rediezmos dela Ciudad y Obispado de Cor.^{va} por antiguo uso y costumbre, por Privil.^{o} delos Reyes antecesores, y vno y por sentencia de Inocencio Quarto. En este Pleyto se queja la Ciu.^{d} dela mala tensaz.^{n} q.^{e} tenia el Obpo. y Cav.^{do} en la admin.^{on} delos Diezmos, por la qual padecian mucho las tercias. L.

Bulla del S.[or] Ynno
zenzio IV. a.º de 1250
otra de 1252.